ſemper reguntur ab his verbis in ablatiuo ⁊ non in genitiuo.vt ſunt ablati
ui harum dictionum vterqꝫ neuter alter ambo.vt ſi quis furetur rem ſacrã
de prophano tenetur ne ſacrilegij an furti an vtroqꝫ.non autem an vtriuſqꝫ
Qui ſuſtulerit rem ſuam a ſacro furti ne tenetur an ſacrilegij an neutro.non
autem an neutrius. Accuſari poteſt petrus an furti an ſacrilegij.vel vtroqꝫ
vel ambobus.non autem vtriuſqꝫ vel amborum. ¶ Sciendum ſecundo ꝙ
iſte genitiuus ⁊ ablatiuus rectus a verbis damnãdi quandoqꝫ ſignificat cri
mẽ quo vel cuius quis damnatur.vt damno te furti vel furto. homicidio vl'
homicidij.Quandoqꝫ iſti genitiui vel ablatiui ſignificant penam que infligi
tur. Horatius.Damnatus longi ciſyphus laboris.vbi ille genitiuus longi la⸗
boris importat penam ciſypho inflictam.Apud Uirgilium. Refugo damna
uit ſole micenas.Sapientie.Morte turpiſſima condempnemus eum.Plecte⸗
tur capite.vbi ablatiuus ille ſignificat penam. Sed plectetur furti vbi ſigni⸗
ficat crimen.Eandem conſtructionem habet hoc nomen reus quod quãdoqꝫ
regit genitiuum vel ablatiuum criminis.vt reus furti vel furto.reus homici
dij vel homicidio.Quandoqꝫ regit genitiuum vel ablatiuum pene.reus mor⸗
tis vel morte. ¶ Sciendum tercio integra quãdoqꝫ oratio equiualet verbo
damnandi.⁊ habet regimen huius littere.vt Apud Lucanum dat penaꝫ ma
ioris aque.hoc eſt propter maiorem aquam.Sic dat penam homicidij. Luit
penam ſacrilegij.Pendit penam periurij. De eo ſumetur ſupplicium periu⸗
rij.penaſqꝫ animi perſoluit auari.Etiam dicitur luit penam morte. ¶ Sci⸗
endum quarto ꝙ paſſiua verborum accuſandi damnandi ⁊ laudandi regũt
etiam genitiuũ vel ablatinum ⁊ non accuſatiuum.Sicut enim dicimus accu
ſo te negligentie ꝙ nullas ad me dediſti litteras.Ita tu accuſaris a me negli⸗
gentie ꝙ nullas ad me das litteras. Accuſo tabellarium perfidie ꝙ litteras
ad me datas non reddidit.ſeu pertulit.Ita tabellarius accuſatur a me perfi
die ꝙ litteras ad me datas non reddidit.Et inueniuntur hec paſſiua accuſa
tur agitur varios regere genitiuos vel ablatiuos vt petrus agitur vl' accuſa
furti.petrus agitur ſacrilegij.hoc eſt ꝙ ſuſtulerit ſacrũ de ſacro.ſacrum de nõ
ſacro.non ſacrum de ſacro. Agitur parricidij.hoc ẽ iecit manus in parẽtes
vel patriam prodidit vel inſequitur. Agitur veneficij.teutonice Hi heft myt
vergiffenis omme gegaen.Agitur maleficij.hoc eſt incantationis. myt toue⸗
ringhe.Petrus agitur illati ſtupri.hi heft een ioncfrouvve vercracht.Agitur
maieſtatis ſeu leſe maieſtatis hi heft op die heeren gheſproken.Inde crimen
leſe maieſtatis dictum eſt.Agitnr repetundarum ſiue de pecunijs repetundis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

hoc eſt accuſatur.vt referat impenſa ſiue rationem reddat.Agitur interuer⸗
ſe vel interuerſarum.hoc eſt accuſatur de aliena pecunia ſiue rei per fraudē
detente onthouden dat men gheleent heft. Tullius. Verres interuertit regis
candelabrum.Et eſt interuertere rem aliquam callide tenere.ne facile rehabe
ri poſſit.Apud Plinium Marcus curius interuerſis pecunijs accuſabatur.
Agitur ſpretarū.hoc eſt accuſatur de contumatia. Agitur expilate heredita⸗
tis hoc eſt accuſatur de infidelitate tutele. Accuſare eſt vel apud iudices: vel
apud alium quemuis etiam apud illum ipſum:quem accuſes.ſignificare at⸗
qꝫ oſtendere aliquē peccaſſe.Incuſare vero reprehendere mores alterius ⁊ ple
rumqꝫ cū querela ꝙ ab illo iniuria ſis affectꝰ.

Sequitur textus Verbaqꝫ ſumpta foris.

ſp.abſoluta accepta tranſſumptiue	Exemplū in q̄ h̄ vbū abſolutū ardet tranſſumptiue ſumptū regit illū accm̄ amorem

Verbaqꝫ ſumpta foris chriſti bonus ardet amorem

¶ hic dicit ꝙ verbum neutrale abſolutum poſitum pro verbo tranſitiuo
regit accuſatiuum.vt bonus homo ardet chriſtum.id eſt ardenter amat.Vir
gilius.Formoſum paſtor choridon ardebat alexim. Idem.Pars ſtupet in⸗
nupte donum exiciale minerue.Eſaias.Iubilate montes laudem. Idem. Et
nubes pluet iuſtum.In Pſalmo Deus pluet ſuper peccatores laqueos. quod
verbum pluo frequentius apud autores regit ablatiuum vt pluit lapidibus
¶ In Pſalmo Exultabit lingua mea iuſticiam tuam.vbi tamen quidam
dicunt accuſatiuum poſitum pro ablatiuo.Vt in alio Pſalmo.¶ Et iuſtici
a tua exultabunt.Quem tremunt baratra mors cruenta pauet. ¶ In acti⸗
bus apoſtolorum dicitur Vincula ⁊ tribulationes me manent hieroſolimis.
Sic etiam poeta Virgilius in ſuo libro Te quoqꝫ magna manebunt regna.
In quibus orationibus manere ponitur pro futurū eſſe.In euangelio. Qui
me erubuerit ⁊ ſermones meos hunc filius hominis erubeſcet cū venerit in
maieſtate ſua.Item Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam iā me⸗
chatus eſt eam in corde ſuo.hoc eſt iam cognouit in corde ſuo.Mechor abſo
lutū pro tranſitiuo ponitur.Et in his exemplis ⁊ in omnibus ſimilibus fit fi
gura euphoniſmus dicta que ponit verbum pro verbo.Vnde euphoniſmus
erit pro verbo ponere verbum.Exultat domini laudem mea liugua superni.
¶ Sciendum circa litteram ꝙ non omnia abſoluta verba regunt accuſati⸗
uum in quem tranſit actus verbi.quare oportet ſequi autores Nam quam⸗
uis ardeo regit hunc accuſatiuum vt ardet deum.non tamen flagro ſuū ſy
nonymum nec feruet nec eſtuat que potius regunt ablatiuum.vt flagrat a⸗
more chriſti.Verba enim neutralia abſoluta ⁊ etiam verba deponentalia ab
ſoluta frequentius regunt ablatiuum cauſe efficientis.Neutralia ſunt hec.ex
ultat gaudet iubilat meret dolet horret pallet rubet nigret ⁊ albet.friget ⁊ ar
det ſtupet habet calet torpet pollet viret aret floret cū ſplendet tepet ⁊ liquet
⁊ madet adde.Deponentia ſunt hec. Triſtor cum letor queror iraſcor verecū
dor.Glorior indignor oblector de quoqꝫ lector.Effectiua ſcies hec verba ſem⸗
per vocare.Et regunt ablatiuum ſignificantem cauſam efficientem.Vt ardeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

amore chriſti.horreo morte frigeo timore.calcat ira.pallet timore.feruet irā.
rubet verecundia.De deponentalibus letor tua felicitate triſtor tua aduerſi-
tate.letor tua ſecunda fortuna.triſtor tua aduerſa fortuna.Inueniuntur que
dam abſoluta cum accuſatiuo ⁊ ablatiuo vt calent ingenium ingenio.redolꝫ
prudentiam inſipientiam vel a.Et caleo per ſimplex l eſt eſſe vel fieri calidꝫ.
ſed calleo per duplex ll eſt callum facere ſeu fieri teutonice hart vverden.Un-
de calloſe manus dicte ſunt ⁊ ſic regit ablatiuum vt manus mee nimio labo
re obcalluerunt.Quandoqꝫ calleo per duplex ll ſignificat callidum ſeu aſtu-
tum eſſe.⁊ peroptime aliquid ſcire.⁊ ſic regit accuſatiuam.vt dicenda ſilēda
qꝫ calles verſutias calles.Et ego has verſutias calleo. Omnia deriuata ab ħ
verbo geminant ll.vt calliditas. Sed a caleo retinent ſimplex l vt caliditas.
teutonice vvarmheyt.¶ Sciendum ſecundo verbum abſolutum proprie eſt
illud quod ad faciendum perfectam ſententiam non eget obliquo caſu.vt ca
leo frigeo ſto.⁊ ideo verba abſoluta dicta ſunt perfecta verba quia faciunt ꝑ
fectam ſententiam ſine obliquo ſequente.Et eſt verbum neutrale duplex ſcili-
cet abſolutum de quo hic loquimur.⁊ eſt quod non regit accuſatiuum.Alte-
rum eſt neutrale tranſitiuum.vt aro littus bibo vinum.comedo paneꝫ.⁊ ha
bet tercias perſonas paſſiui.Uerbum neutrale tranſitiuum vt terra aratur.
vinum bibitur.⁊ format de ſe tria participia ſcilicet preſens in ens preterituꝫ
intus.futurum in rus vt bibens bibitus bibiturus.Uerbum neutrale abſolu
tum vero non regit accuſatiuum.non habet tercias perſonas in paſſiuo.Nō
habet tria participia.ſed tantum duo vt habetur ibi.Cum verbum quod ha
bet quarto caſu ⁊c̄.¶ Sciendum tercio ꝙ verba abſoluta regunt aliquibus
modis accuſatiuum.Primo per ſynecdochen vt doleo caput. Secundo ac-
cuſatiuum cauſe regunt.vt anhelat prelia.gaudeo tua gaudia.gaudeo tuam
ſecundam fortunam vel fortuna.Tercio accuſatiuum loci ſpacij.vt ambula- Tercio
ui tria miliaria.Quarto accuſatiuuꝫ temporis vt habito hic tres annos dor- Quarto
miui hic tres annos. Quinto regunt accuſatiuum per euphoniſmum cum Quinto
abſolutum ponitur pro tranſitiuo.vt ardet deum. Sexto accuſatium poſitū Sexto
aduerbialiter.vt viuit deum id eſt diuine.Iuuenalis.Qui curios ſimulant ⁊
bacchanalia viuunt.Septimo accuſatiuū per compoſitionem vt exeo vrbem Septimo
⁊ de illo dictum eſt verbo compoſito.Octauo accuſatiuum ſui verbalis. ⁊ ſe
cundum aliquos accuſatiuum proporcionabilem ſine quo actus verbi non 8o
poteſt fieri vt curro curſum pugno pugnam.viuit vitam.felicem miſeram 9o
¶ Nono verba funebria carmina ſignificantia.id eſt lamentandi verba vt
fleo matrem.lugeo patrem.planxerunt amicos.Sed iſte modus non differt
a ſecūdo.quia accuſatiuus videtur ſignificare cauſam. De dictis modis ta-
les ſunt verſiculi.Synecdoche cauſa loca tempus tranſitus aduer.Compoſi-
tum verbo quartum iunxere ſoluto.Sic proprium iungas ⁊ triſtia carmina
ſubdes.Flere eſt lachrimis ideoqꝫ tantum hominum eſt ſicut ridere. Plora-
re eſt voce flebili ⁊ effuſa dolorem ſuum aperire.Unde implorare eſt opem o
rare.Plangere eſt percuſſione ac verberatione pectoris capitis vulnus alio-
rum ve membrorum ſe in dolore affligere. Ideo per tranſſumptionem dici
tur fluctus plangere littora. Eiulare eſt voce iubilata flere. Uociferare eſt
voce affrenata non modo dolorem ſed etiam indignationem oſtendere. La

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

mentari eſt voce querulã ⁊ triſti oratione cladem triſtari ſuam . Teutonice. ſyn ongheual. Sequitur textus que ſine perſonis.

ꝟba impſonalia ꝟba gerũdiuã aſſocias
Quę ſine perſonis ſunt atqꝫ gerundia iungis
p̄ ſed .i.ꝟbũ trãſitm̃ eſt ipſonalia
Si tamen a verbo quod tranſeat illa creabis
Exẽplũ i q̊ legit̃ regit Exẽplũ i q̊ gerũdiũ legẽdũ regit
illũ accm̃ matheum. illũ accm̃ pſalmos
Matheũ legitur pſalmos erat ante legendum

¶ Hic dicit ꝙ verba imperſonalia paſſiue vocis in tur deſcendentia a verbis tranſitiuis regunt cum ſuis gerundijs accuſatiuum. vt legitur matheum legendum eſt pſalmos. ¶ Circa litteram Sciendum ꝙ verba imperſonalia venientia a verbis vementiſſime tranſitionis. hoc eſt a verbis docendi rogãdi frequentius regunt accuſatiuum. vt docetur grammaticam. docendum eſt grammaticam. orandum eſt veniam. Imperſonalia vero venientia ab alijs verbis raro inueniuntur regere accuſatiuum. Raro enim inuenitur legitur matheum. legitur virgilium ⁊ ſimiles locutiones Non tamen negandum eſt alia verba non vehementiſſime tranſitionis poſſe regere accaſatiuum. quia inueniuntur regere accuſatiuũ q̄zuis ad modũ rarenter. Unde Naſo Quod mare quod telus appone quod educat aer. Nil in quod nobis eſuriatur erit ¶ Sciendum ſecundo Uerba imperſonalia habent quattuor conſtructiones Quandoqꝫ ponnntur ſine omni caſu. vt legitur cantatur. Uirgilius Itur in antiquam ſiluam. Idem Bellatur cominus armis. Curritur ad vocem iucundam. Quid agitur fit reſponſio ſtatur fletur. Quandoqꝫ regũt ablatiuũ mediante prepoſitione a vel ab a parte anteriori. ⁊ ſecundum quoſdam a parte poſteriori. vt a me legitur. Quandoqꝫ regunt omnẽ caſum ſui verbi. vt docetur grammaticam Parcitur delinquẽti ſupplicatur deo. fauetur tibi. Emitur tanti quanti pluris minoris ⁊c. Docetur tres horas grammaticaꝫ. Quãdoqꝫ regunt accuſatiuum ⁊ ablatiuum mediante prepõne a vel ab. vel datiuum pro ablatiuo poſitum vt docetur a me grãmaticam. docetur mihi grãmaticam . ⁊ in ſuperiori exemplo. Nil in quod nobis. vbi ille datiuus ponit̃ ablatiui loco id eſt a nobis. Iſtas quattuor conſtructiones etiam habent gerundia imperſonalium Quandoqꝫ ponuntur ſine caſu vt legenduꝫ eſt. Quãdoqꝫ cum ablatiuo. vt a me docendum eſt. Quandoqꝫ cum caſu ſui verbi vt docendum eſt grammaticam. Parcendum eſt. et emendum eſt tanti. Quandoqꝫ accuſatiuuꝫ cum ablatiuo. vel datiuum ablatiui loco poſitum. vt a me docendum eſt grammaticam. vel mihi docendum eſt grammaticam.
¶ Sciendum tercio Uerbum imperſonale paſſiue vocis eſt illud quod terminatur in tur. ⁊ coniugatur ſolum per tercias perſonas. ⁊ per men teutoniſatur. vt in preſenti legitur legebatur lectum eſt vel fuit. Et format de ſe duo participia preteritum vt lectum. futurum vt legendum doctum docendum. que etiaꝫ ſeruãt quattuor dictas ꝯſtructiones. vt doctum eſt ſine caſu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

Cum abltō ⁊ accuſatiuo ſimul. vt a me doctum eſt vel mihi doctum eſt. Foꝛ-
mantur etiam imperſonalia a verbis actiuis. vt amatur legitur. A verbis
neutralibus vt curritur ſtatur itur. Non tamen ab omnibus neutralib⁹. nō
eñ d: caletur frigetur. Foꝛmantur etiam a verbis deponentalibus quod ab a
liquibus negatur vt a mentioꝛ mentitur. Apud Ciceronem in Saluſtiū. Ego
dabo operam vt pꝛo minimo cum faſtidio reſpondeam. vt in hunc minime
mentitum eſſe videatur. vbi mentitū eſſe eſt pꝛeteritū pluſq̄ꝫpfectuꝫ imperſo-
nalis deſcendentis a verbo deponentali. Luce ſexto. ⁊ Mathei vij. Eadeꝫ mē
ſura qua menſi fueritis remetief vobis ⁊ hoc modo eadem menſura eſt ab-
latiui caſus. ⁊ eadem acuit penultimā. Si vero eadem menſura eſſꝫ nomina-
tiui caſus tunc remetietnr acciperef paſſiue ⁊ nō eēt verbū deponentale ſꝫ po-
tius antiqnū commune. quod ſepe cōmune in ſcripturis inuenitur. vt Eſaie
lxvj. Super genua blandietur vobis. vbi aliqui legunt blandiētur. verūtamē
admodū rarenter foꝛmātur imperſonalia a verbis deponētalibus

hec verba
Poſtulo poſco peto doceo rogo flagito celo
ista verba
Exuo cum veſtit mouet induo calcio cingo
.i. duos .i. pꝛedicta .i. exigunt
Accuſatiuos geminos hec verba requirunt
.ſ. accm̄ .ſ. v̄ba poſtulant ſbintellecta
Hunc dant paſſiua. quem v̄ba volunt ibi clauſa
.ſ. accm̄ vehemētiſſime tranſitionis adiūgi
Seu quēuis v̄bi ſibi poltulat aſſociari
natura .ſ. accūs .ſ. accūs .ſ. v̄bis iungitur
Ui verbi regitur. qui paſſiuis ſociatur

¶ Hic enumerat quedam verba vehementiſſime tranſitionis regentia duos
accuſatinos. Sunt enim triplicia virba regentia duos accōs. quedā rogandi
ſunt verba vt poſtulo poſco peto rogo oꝛo flagito obſecro obteſtoꝛ moneo ex
igo interrogo que oia pñt regere duos accuſatiuos pꝛeter ſupplico quod re-
git dtm̄. vt ſupplico tibi. Et peto frequentius abltm̄ mediante pꝛepoſitōne. vt
peto abs te pecuniam. oꝛo te veniam. exigo te pecuniam debitā mihi abs te.
Paſſiua regunt ſecuudum accuſatiuū. vt tu exigeris pecuniam debitam mi-
hi. Job Multa minoꝛa exigeris a deo quā meretur iniquitas tua. Secundo
verba docendi regunt duos accuſatiuos. vt erudio doceo inſtruo imbuo in-
foꝛmo celo. vt doceo te loqui latinū. dedoceo te barbariem vel loqui barbare
Hec tamen verba imbuo inſtruo infoꝛmo frequentius regunt accm̄ cum ab-
latiuo. Unde Cato. Si tibi ſint nati nec opes. ⁊c̄. Tercio verba veſtiendi re-
gunt duos accōs. vt veſtio induo pꝛecingere calciare vt pꝛecingere ⁊ calcia te
calcios tuos. ¶ Sciendū pꝛimo ꝙ tres ſunt modi mutādi actiuū in paſſiuū
Unus vbi ſolus accūs mutaf in ntm̄. vt dedi tibi equū. equ⁹ a me tibi dat⁹ ē.
Alter vbi ſunt dno acci quoꝛū vnus mutatur in nominatiuū. alter immuta-
tus relinquitur vt docni te grammaticam. tu a me doctus es grammaticam
nō autem grammatica docta eſt a me. Tercius modus vbi vterlibet accuſa-
tiuoꝛum mutatur in noiatiuū. alterū vel reliquendo vel iu ablatiuū mediāte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

ꝑepõne a vel ab trãſſerendo ſic ego rogaui te veniã. tu rogatus es a me ve-
niam. vel venia abs te rogata eſt mihi. Et hic vltimus modus ſit potiſſimũ
in ꝟbis rogandi. ſecundus in ꝟbis docendi. ¶ Secundo ſciendũ. Differẽtia
eſt inter orare ⁊ exorare Nã orare rogare eſt. exorare eſt rogando impetrare
⁊ orando inducere. vt oro fac te exorem. teutonice af bidden of mit bede ꝟcri
ghen. Quicq̃d me exoraueris in die paſche dabo tibi. Ita etiam differũt iſta
duo verba ſuadeo ⁊ ꝑſuadeo. Nã ſuadere ẽ hortari. ſꝫ ꝑſuadere eſt aliquẽ in
ducere ad credendũ vel facere aliquem credere. Sic differũt veſtigare ⁊ inue
ſtigare. Nam veſtigare idem eſt qđ querere. Sed inueſtigare ⁊ ꝑueſtigare eſt
ꝑ veſtigationẽ acquirere Item differũt precor ⁊ deprecor Precor eſt ꝑces face
re. Deprecari eſt precibꝰ orare ne q̃d fiat. vt ſepe precor mortẽ. mortẽ q̃ꝫ depre
cor idem. Item differũt poſtulo ⁊ peto Nã poſtulare eſt requirere ⁊ tanq̃ꝫ rẽ
iuſtam pro meritis noſtris petere. Sic dicimꝰ res tempus locus cã ꝑſona po
ſtulat. Cuius ꝯpoſitũ eſt expoſtulo quod eſt cũ querela apud amicos require
re. ⁊ q̃ſi officium amicitie in alio deſiderare. Et hoc ꝟbũ hꝫ frequẽtiſſime ab
latiuũ mediãte ꝑepõne cũ. vt quid habes quid mecũ expoſtules. Petere ve-
ro eſt humiliter ⁊ precibus rogare. vt apud Curciũ. Poſtulabãt autẽ magiſ
q̃ꝫ petebãt. Tu magiſ poſtulas q̃ꝫ petis Regit etiã hoc verbũ abltm̃. vt neq̃ꝫ po
ſtulem abs te niſi res ipſa moneat. Accipit hoc ꝟbũ peto qñq̃ꝫ in bonã partẽ
vt medicus petit ſanitatẽ egri. pr laudẽ filij. Qñq̃ꝫ accipitur in malũ vt mul-
ti filij petunt mortẽ parentũ. Item hoc ꝟbũ peto cũ abltõ ꝯſtructũ ſꝑ accipit
in malã ꝑtẽ. vt petijt me gladio veneno inſidijs. Uirgiliꝰ. Malo me galathea
petit. hoc eſt inceſſit ⁊ pomorũ iactu inſequitur. Item poſco eſt rẽ debitã ⁊ ho
neſtã petere. Flagitare ẽ vehemẽter ⁊ plus quã poſtulare. vt apud Ciceronē
Quid qđ hec cauſa poſtulat ⁊ ſi poſtulat nõ tñ flagitat. Plinius Efflagitaſti
q̊tidiano flagitio. vt libros q̊s ſcripſi iã emitterẽ.

ꝟbũ importans actũ ſpacij. actũ morãdi regũt
actũ ornandi

Ornatus verbum ſpacijq̃ꝫ moreq̃ꝫ gubernant
.ſ. caſus illarũ dcõnũ .ſ. voces notant
Accuſatiuos vocum que talia ſignant
Te veſti tunicam iam pergis milia ſeptem

¶ Hic dt q̃ ꝟba veſtiẽdi regũt duos accõs. vt induo te tunicã ⁊ de illo ſatis
dictũ ẽ ſuperiꝰ. Et ponit alias duas rłas. q̃rũ ꝑma eſt ꝟba ambulãdi vel ſpa
ciãdi regũt accm̃ vel abltm̃. vt ambulaui ſeptẽ milia. ſeptẽ milibꝰ paſſuũ. Si
militer ꝟba diſtãdi regũt accm̃ vel abltm̃. vt hec ꝟba abſuꝫ diſto. vt dauẽtria
diſtat tria milia paſſuũ ab illa. Duo milia paſſuũ. Petrꝰ abeſt hĩc tria milia
vł milibꝰ. vt apđ Naſonẽ Sulmo mihi ꝑma gelidis vberrimꝰ vndis. Milia
q̃ nonies diſtat ab vrbe decẽ. Et inenit triplex milia. ꝑmo milia ꝑ miliaria ꝑ
ſyncopã vt in exemplis huius littere. Secundo inenit millia mille teutonice.
duſent. vt vndecim millia ꝟginũ. Tercio inveit milia a noie miliũ qđ ẽ genꝰ
legumis teutoice herſes. Scđa rła ẽ. oẽ ꝟbũ põt regere accm̃ vł abltm̃ tꝑis. vt
tres annos dauẽtrie cõmoratꝰ ſuꝫ vł tribus ãnis. Ego iã tres annos dauẽtrie
habito vel tribꝰ annis Ad huc modicũ tꝑis vobiſcũ ſuꝫ vel futurꝰ ſuꝫ Tulliꝰ
Nemo tã ſenex q̃ ſe annũ nõ putet poſſe viuere. apđ Ouidiũ. Dicit egiptꝰ ca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

ruiſſe iuuantibus arua. Imbribus atq₃ annos ſicca fuiſſe decē. Uirg. Una cū
gēte bellū tot ānos gero. Ego hāc domū iā multos annos habito ꝛ poſſideo.
Apō Uirg. Facil' deſcēſus auerni ē. Noctes atq₃ dies pat₃ atri ianua ditī. Eſt
hō ſomno dedit⁹ ſtertit noctes atq₃ dies. i. ꝑ noctes. S₃ cū dr̄ qt nat⁹ es ānos
ſbaudit ꝑpō ante. i. aū qt nat⁹ es ānos Annos nat⁹ ſum duodeci. i. aū annos
nat⁹ ſum duodeci. ¶ Sciēdū ꝑmo ꝙ tps ē duplex ſc₃ qū ꝛ illō ē qō rūdet ad
qū. ꝛ illud ſolū regit i abltō. vt qū veniſti. rūdet hora tercia ꝛ nō horā terciā
Aliud ē tps quādiu. ꝛ illud regit in accō vel abltō vt cū qrit quādiu dauen-
trie cōmorat⁹ es. pt rūderi tres annos vel trib⁹ annis. Cōmorat⁹ ſum h tres
amplius annos. Accōmoda mihi librū tuū in mēſem vnū. in dies octo. in diē
vnū. ꝛ dimiſſa ꝑpōne vt menſem vnū. dies octo diē vnū. Et hec oīa idem ſnt
quādiu donec vſq₃ aduſq₃ qūſq₃ vſq₃q quoad quoaduſq₃. vt tā diu ſtudes q
uſq₃ te nō didiciſſe penitebit Da lr̄is operā quoad i etate iuuenili es. ¶ Sci
endū ſcdō ꝙ aliq dicūt ꝑ accm̄ ſigri tps ꝯtinuū. ꝑ abltm̄ tps diſcōtinuū ſ₃ fal-
ſu₃ ē. Idē ei ſnt accūs ꝛ abltūs. vt audiui platonē duos ānos vel duob⁹ ānis.

multotiens .i. rectore accūs ſignificās .ſ. ꝑ exempla
modū viuēdi.

Sepe regente caret vite modus idq₃ probato

vitā duc deifice .i. vitā duces .i. eternaliter

Uir bone viue deum ſic viues ſecula cuncta

¶ Hic dt ꝙ ꝟba ꝑtinētia ad actū viuendi regūt ſepe accm̄ poſitū aduerbia-
liter. vt viue deū. i. deifice. ſic viues ſcl'a cūcta. i. etnalit. apō Boetiū h aſinum
viuit. i. [illegible] inſtar ꝛ modū aſini. vl' pt reſolui i aduerbiū. i. aſinine Uiuere ſctm̄
.i. inſtar ſancti ſiue ſctē. Uiuere bacchanalia dr̄ īſtar bacchātiū. Juuena. Qui
curios ſimulāt ꝛ bacchanalia viuūt. Uox illa nō ſonat hoiem. i. ad modū ho
mis. Sic diſcedētib⁹ vel non diſcedētes dicimus longū vale. i. ꝑ lōgū tps. apō
Uirg. Et lōgū formoſe vale vale inquid iolla Et morētib⁹ dicim⁹ vale etnu₃
.i. eternaliter. apō. Uirg. Eternūq₃ vale mihi optie palla. Et in locutōib⁹ hui⁹
rl'e ſequēdi ſunt boni autores. Nā q₃uis aliq ſic loquūt loqtur canē bibit vac
cā. i. ad inſtar vacce. ſtertit cattū hmoi tn̄ locutōes non ſunt vſurpate vel fre-
quētius apud bonos autores q ſic loquūt comedit vt canis. bibit vt vacca vl'
comedit ad inſtar vel admodū canis. ¶ Circa lr̄a₃ ſciēdū ꝙ ois caſus nois
adiecti pt poni aduerbialit excepto vtō. Iux illud Aduerbij more caſus tibi
qſq₃ locat. De ntō Fors ꝛ vota facit. De gtō petr⁹ redijt veſpi pueſpi. De dtō.
Uirg. Sūt qbus ad portas cecidit cuſtodia ſorti. De accō Uiue deū vale lōgū
De abltō Alternis dicetis amāt alterna. i. viciſſi₃ ¶ Sciēdū ſcdō. Quedā noia
inueniūt aduerbialit oi caſui addita ꝛ dicūt ab aliqb⁹ ſubſtātiuata vt dulce
triſte turpe ſublime ꝛ mlt'a alia in e tercie declinatōis. vt aqla ē volās ſblime
aqle volātis ſblime. ꝛ ſic in oib⁹ caſib⁹ Uir. Eūtes ſblime ferat ad ſidera cygni
In ſeqntia paſcali. Uolucres dulce canūt. ſic i gtō volucris dulce cātātis. volu-
cri dulce cātāti. Dcō turpe ſonās. dcōis turpe ſonātis. Ita etiā ſe hūt aliq noia
in ens q ſb vna voce oi caſui iūgūt. vt recēs libēs feruēs. vt ſolſ recēs ort⁹ ſolis
recēs orti. In abltō. Apud. Uirgilium. Sole recens orto. Sic paruulus recēs
natus. paruulis recentis nati. In datiuo. Durum erat paruulo recenti nato
lapideum cultrū pati longe durius erit peccatores eternas penas tollerare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

Quedam dictiones poſſunt poni nominaliter vel de ſe formari aduerbia.vt
ſunt creber rarus ſedulus ſolus ſecretus ſubitus intimus.vt crebras dedi ad
te litteras.quãuis tu ad me perraras dediſti.Et pro eodem crebro ad te dedi
lr̃as q̃zuis tu ad me raro lr̃as dederis.Ita pro eodem dicimus ſera perſimo
nia fit in fundo.¶ Tercio ſciendum ꝙ in ſecũda declinatione adiectiua ſepi
us ponuntur aduerbialiter in ablatiuo.vt falſo quereris.falſa queritur hũa
nũ genus.Liquido patet poſtremo ſic dixit vel poſtremũ me vides.Ego id a
gam ſedulo.merito accidit neceſſario feci.Differt neceſſario a neceſſe.quia ne
ceſſario iungitur omnibus verbis.vt neceſſario dixi.Neceſſe tm̃ ſubſtantiuis
ꝟbis.Et pro illo veteres dixerunt neceſſuz.Sic ſubito cito concito iterato pri
uato abinteſtato.vt obijt abinteſtato.id eſt abſqꝫ teſtamento. Non veni huc
auſpicato ſignificat teutonice tot eenen goeden ghelucke. Sunt etiam quedã
dictiones que ſub voce o uel um aduerbialiter ponũtur.vt primũ vel primo.
ſecundum vel ſecundo.quarto vel quartum.vltimo vel vltimum. poſtremo
vel poſtremũ ⁊ alia numeralia.Quarto ſciendum.Quandocũqꝫ nomen ad-
iectiuũ ponitur ſine ſubſtantiuo in orõne.tunc ponitur vel ſubſtantiui ſui lo-
co.vel aduerbij loco vel abſtracti ſui loco..vt triſte lupus ſtabilis.i.res triſtis
Bonum mihi lex oris tui.Aduerbij loco vt ſublime volat.i.ſublimiter de q̃
modo predictũ eſt.Suaue rubens hyacinctus.Graue ollentia allia hoc eſt g̃-
uiter.De abſtracto Seruãtiſſim⁹ equi id eſt equitatis.Itẽ ꝟgili⁹ Sparſis pel
libus albo.i.albedine.

accis   h̉ ꝟbũ   ſociabis   h̉ defectiuũ   h̉ verbũ

His obliuiſcor iunges meminiqꝫ recordor

¶ Hic d̉t ꝙ obliuiſcendi verba regunt accuſatiuũ cum genitiuo.vt ſunt ob
liuiſcor memini.recordor vt oblitus ſum que mihi dixiſti ꝟba vel verborum
De accuſatiuo.Numeros memini ſi verba tenerẽ.Memorare nouiſſima tua
⁊ in eternum non peccabis.¶ Circa litteram ſciendum Omnia memorãdi
⁊ obliuiſcendi verba regnnt accuſatiuũ vl̉ genitiuũ preter hoc nomẽ memor
quod ſolũ regit genitiuũ vt memor mei immemor beneficij.Apud virgilium
Nihil illa neqꝫ auras neqꝫ ſonitus memor.vbi auras eſt genitiui caſus qui
more greco in as terminatur vt paterfamilias.¶ Secundo Sciendũ ꝙ obli
tus regens accũm vel gtm̃ ſig̃t actiue.vt oblitus ſum eorũ verborũ que mihi
dixiſti.⁊ oblitus ſum verba ea q̃ mihi dixiſti.Sed oblit⁹ regẽs dtm̃ vel abla
tiuum accipitur paſſiue vt deus oblitus eſt a me vel mihi.id eſt obliuioni de
ditus.¶ Tercio ſciendũ ꝙ obliuiſcor etiam conſtruitur cuz infinitiuo vt ob
litus ſum claudere os meum.Conſtruitur etiam cum oratione incipiente a
queſitiuo.vt oblitus ſum vbi videri ioannem.quando viderim eũ.qualis ſit
quãtus.cuius.cuias.An ioãnes ſit domi nec ne.oblitus ſum quo iuerit ioan
nes. Itẽ Oblitus ſũz librũ meũ tollere ex domo. Jck heb myn boeck to huys
vergheten.Reliqui librum meum domi.Reliqui domi exoletam virginem id
eſt adultam.

ſp.p̃dictꝫ   aſſociab   iſta quattuor ꝟba imp̃ſonalia

His   iunges iuuat decet atqꝫ delectat oportet

¶ Hic dicit ꝙ hec quatuor imperſonalia iuuat delectat oportꝫ regũt accuſa
tiuũ.vt agricolam arbor ad fructum p̃ducta delectat.Seneca in ep̃la.xxxiiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

Decet clerũ indui vel indutũ eſſe veſte talari .Oportuit chriſtũ ⁊c̃ .Et ꝯſtruũ
tur hec imꝑſonalia ſepe cũ infinitiuo ꝑ itellectioneꝫ accĩ vt iuuat legere auto
res.Forſan ⁊ hec olim memiſſe iuuabit.Uirgiliꝰ .Juuat arua videre.Et iſta
imꝑſonalia pñt poni ꝑſonaliter preť oportꝫ ⁊ regũt ntm̃ a ꝑte anteriori.vt te
decet laus ⁊ honor.te decet hymnus deꝰ in ſyon.Paruos ꝑua decet.magnos
maiora ſequũtur.vita quam agis nõ decet te.Decet imꝑſonaliť captum regit
accũꝫ cũ ifinitiuo.⁊ eiꝰ ꝯpoſitũ eſt decet.vt decꝫ te ita viuere.Juuat iueuitur
ꝑſonaliter pro auxiliari vt ioannes iuuat me.Qñqꝫ etiam ꝑſonaliter ꝓ dele
ctare.vt nil niſi turpe iuuat Nõ õnes arbuſta iuuant. Jn quibꝰ oibus iuuat
poitur ꝑſonaliter .Similiter cũ ď: hec res me delectat ibi ponitur ꝑſonaliter
Sꝫ delectat me ſeruire deo ibi ponitur ipſonaliter. Et dr̃nt delectat oblector
⁊ delector.Nã delectat regit accm̃ vt delectat me diſcere.Delector regit ablati
uũ vt delector ſacris litteris carmine.Sed oblecto regit accm̃ cũ abltõ.vt ob
lecto me ſacris litteris.Cuiꝰ paſſiuũ eſt oblector vt oblector carmie.Eſt enim
delectat imꝑſonale.delector deponẽtale.oblecto actiuũ ¶ Sciẽdũ tercio ꝙ ip
ſonale oportꝫ ſolet i ṗterito ꝯſtrui cum accõ ꝑticipij ad ſignificãdaꝫ rem nõ
debuiſſe fieri.vel omitti. hoc eſt rẽ aliquã perperã factaꝫ vel omiſſam eſſe vt
apud. Ciceronẽ.Tamẽ id factũ non oportuit.Jdeꝫ.Apollinis ſignũ ablatuꝫ
certe non oportuit.Sic.Non ita factũ aut dictũ oportuit.Jn quibus õnibus
ſignificatur aliquid ꝑperã factũ.Jta apud eundẽ tulliũ.Totã rem integram
ſeruatã oportuit.id ṗdictũ oportuit teutonice dat ſolmẽ te vorẽ gheſacht heb
ben.in quibꝰ ſignificatur aliquid ꝑperã omiſſum. Jn eodem ſenſu cõſtruitur
hoc verbũ oportuit cũ ṗterito pluſquamperfecto infinitiui vt ita feciſſe opor
tuit.Comicꝰ. Nõne oportuit me ṗſciſſe ante.

hec interiectio accm̃ dat hec iteriectio aſſociari

Oqꝫ ſibi quartũ ſolet heu quoqꝫ iũgere caſum

¶ Hic ď: ꝙ ille due interiectiões o ⁊ heu regũt accm̃.vt o ineffabileꝫ virum
O variã volucrẽqꝫ fortunã.Terẽtius. Heu me miſerũ.Et fere cum hm̃õi pro
nominibꝰ iungiť. Nam cũ alio noie frequentius ꝑ exprobationeꝫ.Uirgilius
Heu ſtirpẽ iuiſam.Aliqñ etiam cũ ntõ.vt idẽ ꝟgilius. Heu pietas.heu ṗſca fi
des ¶ Sciẽdum ṗmo ꝙ o quãdoqꝫ eſt nomẽ littere ⁊ eſt vna qñqꝫ vocalium
Quãdoqꝫ trãſſumitur pro fine.vt in apocalipſi.Ego ſum alpha ⁊ o.i.ṗncipi
um ⁊ finis.Alpha enim ẽ prima littera apud grecos ⁊ eſt idem quod a.Sed
omega.i. o magnũ ẽ vltima littera grecorũ alphabeti.Qñqꝫ ẽ aduerbium vt
formoſe puer. Huc ades o melibee caper tibi ſaluns ⁊ hedi.Qñqꝫ aduerbiuꝫ
optãdi.qð qñqꝫ cum ſi ponitur qñqꝫ ſi ſbauditur.vt tm̃ libeat mecũ tibi ſor
dida rura.atqꝫ humiles habitare caſas. Qñqꝫ eſt interiectio ⁊ ſic regit accm̃
vt ďt alexãder ⁊ in bonũ ⁊ in malũ accipitur.vt o magnã hũanitateꝫ.o mag
nã crudelitatẽ.Juxta qð ſciendũ ꝙ o interiectio habet varias ꝯſtructiões.vt
o magna vis veritatis q̃ cõtra õnia ingenia caliditatẽ ſolertiã ꝯtraqꝫ fictas
hominũ iſidias ſe ꝑ ſe ipſam defẽdit.Qñqꝫ cũ vtõ.vt apnd eũdẽ.O none de
cẽbres ille q̃ me ꝯſule fuiſtis.Uirgilius.O fortunati quorũ iã menia ſurgũt
Qñqꝫ ꝯſtruitur cum dtõ.vt O michi dies in õne. Quarto ꝯſtruitur cũ accõ
Uirgiliꝰ O fortunatos nimiũ bona ſi ſua norint agriculas Jnuenitur qñqꝫ ſi
ne caſu.Apud Lucanũ O male vicinis hec menia cõdita gallis ¶ Sciendũ

tercio ꝙ qñqȝ o ſubauditur'.cū doloꝛ vl'effectus aī nō ē vehemēs ſiue magnꝰ vt apō Ciceronē.Indignū facinus ⁊ hoīeȝ neq̄ȝ q̄ nō dubitaret in foꝛo alea ludere.Pliniꝰ.Hoīem te ip̄atientē vel potius durū ac pene crudelē q̄ tā inſignes libꝛos tā diu tenes.vbi ſi excandeſcerēmꝰ vehemēter dicēdū eēt.O hoīeȝ neq̄ȝ ⁊ o hoīem ip̄aciētē.Sic etiam interiectio heu ſubaudiri ſolet.vt me miſeruȝ q̄d dicit.me miſerū q̄d audio.℃ Sciendū q̄rto.Quedā alie inueniūtur interiectiones q̄ etiā qñqȝ regūt accm̄ vel aliū caſuȝ.vt pꝛoch aſpiratū in fine.q̄ interiectio qñqȝ ꝯſtruit cū n̄tō.vt pꝛoch pudoꝛ pꝛoch doloꝛ pꝛoch nephas.In q̄bus accentus cadit ſup penultimā harū dictionū pudoꝛ doloꝛ nephas quia teſte p̄ſciano nulla inflectio ꝯponit.Qñqȝ ꝯſtruit cū vocatino.vt apō Lucanū Pꝛoch ſuperi virideſqȝ dei.Pꝛoch ſuperi q̄ntū moꝛtalia coꝛpoꝛa cece noctis hn̄t. Qñqȝ cōſtruit cū accō.vt pꝛoch deū hoīmqȝ fidē deū.i.deoꝝ.vbi videtur ſubintelligi h' v̄bū teſtoꝛ qō regit illū accm̄ fidem.

adiūge illam alias p̄pōes de
p̄pōeȝ ſeruiētes accō

Adde per ⁊ ſimiles.per vicos itur ad vꝛbes

℃ Hic dt ꝙ triginta ſunt p̄pōes deſeruientes accō.vt apō ante ⁊c̄. ℃ Circa litterā ſciēdū plures vidētur inueniri p̄pōes deſeruiētes accō q̄ tn̄ potiꝰ ſunt aduerbia loco p̄pōis poſita vt ſunt retro ſubtus intro intus foꝛas foꝛis v̄ſus ꝓcul p̄ꝛdie poſtridie.Ut in euāgelio Marci.Uade retro me ſathana.vbi retro ponit loco illius pꝛepōnis poſt.Quā poſuit beatꝰ Augꝰ.Uade poſt me ſathana.Et in pſalmo.Dilataſti greſſus meos ſubtꝰ me. vbi ſubtꝰ me ponit ꝓ p̄pōne ſubter.Et in hieremia Atriū qō erat foꝛis tēplū vbi aduerbiū foꝛis ponit pꝛo p̄pōe ante.Ita iuit foꝛas ciuitatē.i.ex ciuitatē.Ita iuit intro ciuitatē vbi intro ponit loco p̄pōnis intra.Nos v̄o loq̄mur ꝑ p̄pōes.⁊ nō aduerbia. Dicimꝰ ei ſubtꝰ te ſternet tinea.Uade ex ciuitatē. Itē pꝛocul qñqȝ inuenitur cū accō.vt ꝓcul vꝛbē ſic dt Curciꝰ.i.iux vꝛbē.Itē v̄ſus ſp̄ poſtponit accō. vt ibo romā v̄ſus dauētriā v̄ſus.Surſum ſiue ſurſuȝ v̄ſus Ita q̄ȝ v̄ſus.i.vnāquāqȝ p̄tē.vtroqȝ v̄ſus.i.in vtrāqȝ p̄tē.Pꝛidie ⁊ poſtridie aduerbia etiā cuȝ accō inueniūtur vt p̄die kalendas martij.vbi intelligit p̄pō ante vel poſt.De q̄bꝰ aduerbijs ⁊ quattuoꝛ eoꝝ ꝯſtructōibꝰ dictū ē ſupiꝰ ibi.clauſuȝ ſub p̄te

℃ Sciēdū ꝙ tres ſunt figure ſolite fieri ī p̄pōibꝰ.vt anaſtropha.archaiſmos ⁊ ꝓtheſeos palange.Anaſtropha ē p̄pōis poſtpoſitio.vt Iꝰ pꝛe ſequar ꝓpt romā v̄ſus.Ad occidētē vſqȝ.Sic in abltō colloten ꝰ.i.tenꝰ collo.Ita q̄cū q̄cū q̄cū q̄buſcū q̄ de q̄ de q̄ de de q̄buſde.Archaiſmos fit cū p̄pō regit caſuȝ nō pꝛopꝛiū.vt cū poſt ante ⁊ circū ſolētes regere accm̄ iueniūt ꝯſtrui cū abltō.Ut apō Uirg.⁊ lōgo poſt tp̄e veni.Protheſeos palēge ē p̄pōis ꝓ alia p̄pōe poſitō Ut apō virg.Multa ſup p̄amo rogitās ſup hectoꝛe multa. ſic ſol dꝛ in cācro .i.ſb cācro.℃ Tercio ſciēdū p̄pō ſepe ponit ſine caſu.⁊ tūc ē aduerbiū vt ante venire.int doꝛmire.⁊ ſic de alijs.vbi an̄ ⁊ int ſunt aduerbia.an̄ tp̄is. Int aduerbiū loci.Sic pꝰ ſeq̄t ꝓpe nullꝰ.℃ Quarto ſciēdū ꝙ p̄pō oꝛnatꝰ cā ſepe p̄poit gtō ⁊ etiā intponit adiectio ⁊ ſbſtātio.Pꝛeponit gtō vt h' pꝛo patris tui in me bn̄uolētia moꝛē ī oībꝰ tue gerā volūtati.Sic ob p̄ris tui ī me bn̄merita ego tibi q̄ȝ libētiſſime inſeruiā.⁊ h' mō iuenit p̄pō poni in hymno.A ſolis oꝛtꝰ cardine aduſqȝ terre limitē.Ponit int adiectm̄ ⁊ ſbſtātm̄ p̄pō hic.Eā ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

cauſam qbus ex cauſis. Maximas ad vtilitates. Qñqꝫ cũ ſuo caſu inkponitur
vt tua i me bñuolẽtia. tua in me hũanitas ⁊c̃. ¶ Quito ſciẽdũ circa ꝑpõnes
hec ꝑpõ ad qñqꝫ importat motũ ad locũ ⁊ ꝑſonã. vt iuit ad p̃rem. Qñqꝫ va-
let iux̃. vt caſtra poſita ſunt ad rhegũ. i. iux̃ Urbs illa ſita ẽ ad oriẽtẽ. teutoni
ce in dat oeſten. In euãgelio Stabat petrꝰ ad ignẽ ſe caleſaciẽs. Uirg. Et for-
moſus oues ad flumia pauit a donis. Qñqꝫ ad ſɫt tps ⁊ vꝫ vſqꝫ. vt ad belluꝫ
macedonicũ. i. vſqꝫ. Qñqꝫ idẽ eſt qḋ cõtra. vt pugna eſt mihi ad illũ. i. contra
illũ. Qñqꝫ ḋt cauſam. vt ad qd hoc feciſti. Sic pugnat ad coronã. i. propꝫ co-
ronã. Qñqꝫ ad valet valde ⁊ ḋt intẽtionẽ. vt ad vnguem. i. valde ꝑfecte vl̃ ad
ſilitudinẽ. Sic etiã dicimꝰ ꝑ ꝯpõnẽ Appme adfabre. Qñqꝫ ḋt ꝯpationẽ vt pe
trus nihil hꝫ ad paulũ ¶ Apḋ ſɫt ꝑſonã ⁊ locũ. vt ẽ apḋ Platonẽ. apḋ Cicero
nẽ. apḋ forꝫ. apud tẽplũ. Eaſdẽ ſiḡtiones hꝫ ꝑpõ penes. Eſt tñ dr̃a inter apud
⁊ penes. vt apud perſonã abſolute ſiḡt. Sꝫ penes ſiḡt ꝑſonã cũ dominio ⁊ po
teſtate. vt res eſt apud te q̃litercũqꝫ a te tenetur. Sꝫ penes te. i. quodãmodo
a te poſſidet. Et ſic ḋr res ẽ penes iudices arbitros. i. i ptãte iudicũ ⁊ arbitro
rũ. Eſt etiam dr̃a int̃ ad ⁊ apḋ. Nã ad ſɫt iux̃. Apḋ idẽ qḋ In ſɫt. ⁊ ẞ qñ ꝯgno
tat locũ. vt ad edem. i. iux̃ edem. Apud edeꝫ. i. in ede. Et ita qdã accipiũt apḋ
ioannis primo. verbũ erat apud deũ id eſt in deo. Et in epiſtola pauli. Spero
eñ me aliquãtulũ tempus manere apud vos. ¶ Ante tripliciter cõſtruitur.
Qñqꝫ ſine caſu ⁊ ſic eſt aduerbiũ. ſɫns idẽ quod hoc aduerbiũ prius vt añ ve
ni q̃ꝫ tu. Qñqꝫ cõſtruitur cum ablatiuo ⁊ eſt archaiſmos. vt ego triduo ante
veni q̃ꝫ petrus. Quandoqꝫ regit accuſatiuum et cõnotat tempus ⁊ perſonam
vt ante ſex dies ſolemnis paſche ibi ſignificat tempus. Ante preſidem ibi con
notat perſonam. Qñqꝫ ante ḋt impoſſibilitatẽ. vt pax aute fida niuibꝰ ⁊ flã
mis erit. Uirg. Ante pererratis amborũ finibus exul. Aut ararim parthus
bibit aut germania tigrim. Quã noſtro illius labat pectore vultꝰ Et compo
nitur ante ⁊ ḋr antehac. Et eſt dr̃a inter antehac ⁊ antea. Nam antehac. i.
añ hoc pñs nunc teutonice voer duſſer tijt. Sed antea id eſt ante illḋ tempus
teutonice voer der tijt. vt antehac non vidi ioannem. Heri vidi iohãnẽ ⁊ nũ
q̃ꝫ antea. teutonice voer ghiſteren. Ita poſthac id eſt poſt hoc pñs. Sꝫ poſtea
id eſt poſt illa tempora. Facit etiam prepoſitio ante ſepe fallaciam equiuoca-
tionis ⁊ omnes fere alie prepoſitiones vt ſcribitur in Geneſi. Mortuuſqꝫ eſt
abraham ante thare patrem ſuum. hoc eſt in conſpectu thare patris ſui in vr
chaldeorum id eſt in igne ſecundũ beatum Hieronimum. Et ſic ante conno-
tat locum. Sed ſecundum ioſepnum. Ante thare id eſt prius quam pater ſu
us in vr chaldeorũ id eſt in ciuitate vr. vbi prepoſitio ante facit equiuocatio-
nem penes diuerſam conſignificatõnem. Hoc nomen vero vr penes diuerſaꝫ
ſignificationem. ¶ Aduerſus prepoſitio quandoqꝫ accipitur in bonam par
tem ⁊ eſt idem quod erga. Apud Comicum Gaudeo ſi tibi quid feci aut fa-
cio quod placet o ſymo. Et id aduerſus te fuiſſe gratum habeo graciam.
¶ Quandoqꝫ accipitur in malam partem vt aduerſus hoſtem hoc eſt con
tra hoſtem. Et pro eodem inuenitur aduerſum prepoſitio. Et item pro eodeꝫ
inuenitur participium aduerſus aduerſa aduerſum ⁊ eſt idem quod oppo-
ſito pectore. Sic aduerſa vulnera dantur laudi Auerſa vero vulnera dantur
vicio. Et inuenitur hoc nomen aduerſus quandoqꝫ ſignificare contrarium.
⁊ ſic regit datiuum. vt ioannes eſt aduerſus mihi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

❡ Cis differt a citra.quia cis conſtruitur cū pꝛopꝛio noīe.vt cis rhenum teu
tonice vp duſſe ſyde.ſed citra conſtruitur cū noībus appellatiuis.vt citra fo
rum teutonice vp duſſe ſyde.Et vtrūqꝫ videtur ꝯponi cū ciſrhenanus ꝗ ha⸗
bitat ab hac parte rheni.Citra marinus die vp duſſe ſyde des meers vvoent
Itē citra ponit̄ ſepe aduerbialit̄.vt ego citra te dilexi ꝙ̄ debui.i.minꝰ Sic eti
aꝫ ponit̄ vltra ⁊ pꝛeter.vt dilexi vltra ꝙ̄ debui. Pꝛet̄ ꝙ̄ par ē.i.plꝰ ꝙ̄ debui.
Circū pꝛepõ circa ⁊ circit̄ dr̄ūt Circū ſ̄t locū vt circū vicinos Circa ſ̄o locū ⁊
tps ſ̄t vt circa menia.circa hoꝛā terciā.⁊ ē idē qđ iuxta.Circiter ſ̄t tps vt ve
nit circiter hoꝛā terciā.Qn̄qꝫ notat locū.vt lapidē dicūt fuiſſe quadratū cir
citer in medio.piſcē agilioꝛem circiter in cauda.Qn̄qꝫ circiter notat numeꝝ.
vt circiter duo millia militū.vel duoꝛū milliū militū.Circiter decē milliū vel
miliarioꝛū.Contra pꝛepõ accipitur in malū vt contra hoſtes. Ergo vero ac⸗
cipitur in bonū.vt erga amicos.vt tua erga me benemerita. Cōtra idem eſt
qđ viciſſim teutonice vveder om.⁊ ſic eſt aduerbiū vt petrus dedit ad paulū
litteras.paulus vero ꝯtra ad petrū dedit lr̄as.⁊ nō eſt dicendū econtra.Sed
bene econtrario vel ediuerſo vel ꝯtra.vt petrus me pugno cecidit.ego eū edi
uerſo cecidi.hoc eſt viciſſim ⁊ nō ecōtra.Extra pꝛepõ ꝯſtrnitur cum verbo ꝗ
etis ⁊ motus Similiter hec pꝛepõ intra.vt petrꝰ iuit extra ciuitatē vbi ſigni⸗
ficatur motus ad locū.Itē petrus ē extra ciuitatē.paulus intra ciuitateꝫ.vbi
ſig̃tur quies in loco.Hoꝛatius Iliacos intra muros pugnatur ⁊ extra. Item
extra pꝛepõ quandoqꝫ eſt idem quod pꝛeter.vt extra me deus non eſt.i.pꝛeter
me.Intra pꝛepõ notat locum ⁊ tps.vt intra menia id eſt intra muros ciuita
tis.vnuſqſqꝫ manebit intra terminos ſue terre.Qn̄qꝫ connotat tps.vt intra
triduum redibit.intra annū redibit.intra quātū tempus redibis.intra quot
hoꝛas redibis.rn̄detur infra hoꝛam.Nec dicendū eſt latine redibo infra an⸗
num.infra hoꝛā.Nec etiam latine đꝛ ioannes eſt interius de loco.qꝛ interius
eſt compatiuus.ſed ioannes eſt intus vel intra domū.❡ Inter pꝛepõ requi⸗
rit duos accōs ſi ſaltem ſunt ſingularis numeri. Ut ioannes ſedet inter pe⸗
trū ⁊ paulū ſig̃t teutonice tuſſchen.vel requirit vnū accm̄ pluralis numeri.vt
inter naues.⁊ cōnotat locum vt in dictis exemplis vt ſupꝛa dictum eſt.Etiaꝫ
cōnotat tempꝰ.vt inter diem ⁊ noctem.inter ſecundā ⁊ terciā hoꝛas.Quādo
qꝫ ponitur ſine caſu.vt doꝛmire inter.Inter qn̄qꝫ idem valꝫ quod mutuo.vt
pueri inter ſe diligūt.hoc eſt mutuo ſe diligūt.Et ponit̄ inter ⁊ đꝛ interclude⸗
re qđ differt ab introcludere. Nā intercludere aliquē eſt iter alicuiꝰ impedi⸗
re.vt fui imbꝛibus ⁊ toꝛrentibus interclusus.Uirgilius Interclusit hyems et
terruit auſter eūtes. Cicero.Qui iter penoꝝ cadaueribus coꝛpoꝝ ſuoꝛū inter
cludendū putauerūt.Sed introcludere eſt aliquid ad interioꝛa claudere.
❡ Infra pꝛepõ opponitur huic ꝑpõni ſuper.Et notat infra locū.vt infra te⸗
ctum.⁊ etiam notat dignitatē.vt infra magiſtratū.Ab infra venit inferi.oꝛū
vt petrus dabit penas apud inferos.⁊ ſic dicti ſunt dij inferi ⁊ dij ſuperi.Itē
ſicut non đꝛ latine petrus eſt interius ſed intus.paulus nō eſt exteri[illegible]s ſed fo⸗
ris.Ita etiam non videtur dicendū eſſe paulus eſt inferius ſuperius qꝛ etiaꝫ
ſunt compatiua ſed eſt ſupꝛa ſolarium cenaculum.In ſuperioꝛi parte edium
In inferioꝛi pte ediū.Multi tamen inferius ⁊ ſuperius loquūtur. Iuxta no
tat locū.vt iuxta macellū iuxta foꝝ.Qn̄qꝫ ꝯſtruitur cū dtō ⁊ ſic eſt aduerbiū
vt iuxta eſt dn̄s oībꝰ inuocātibus eum.❡ Ob pꝛepõ qn̄qꝫ ſig̃t cām efficiētē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

⁊ ſic poſt ob ſequitur ꝙ vt eā ob rem id feci ꝙ te diligo. Eam ob cauſam te ce
cidi ꝙ te diligo. Qn̄qꝫ ōt cām finalē ⁊ ſic poſt ob ſeqͥ vt. vt Eam ob cauſam
te cecidi vt doctiorē te reddā. Propter prepō ſilr̄ quādoqꝫ ōt cauſam effici
entē ⁊ ſequitur ꝙ. vt eam propter cām te cecidi ꝙ te diligo. Qn̄qꝫ ōt cauſaꝫ fi
nalem ⁊ ſic ſeqͥtur vt. vt propter id te cecidi vt te meliorē reddā. Itē propter
qn̄qꝫ eſt idē qꝺ iuxta. vt apud ꝟgiliū Propter aque riuū viridi procūbit in
vulua. ħ ē iuxta riuū. Et in leuitico ſic ſepe inuenit vt ꝑtē vero iecoris ꝓijcies
ꝓpter altare. In geneſi. Apparuerūt tres viri ſtantes propter eū. i. iuxta eum
¶ Prope ꝑpō conſtruit cū accō. vt prope feneſtrā Qn̄qꝫ ponit aduerbialiter
⁊ ſic ꝯſtruit cū dtō. vt prope eſt dn̄s oibus inuocātib⁹ eū. Qn̄qꝫ ponit ſine ca
ſu. ⁊ eſt idē quod pene. ſeu fere. vt prope omnes veſtre copie ſunt infcepte Sic
ꝓpe cecidiſſem Et ſicut prope cōſtruit cū accō ⁊ dtō ita ꝯpatiuus propi⁹ ⁊ ſu
perlatiuus proxime ꝯſtruūt cū accō ⁊ dtō. vt prope vrbem ꝓpius vrbē ꝓxi-
me vrbē. De dtō Uirgilius Propiuſqꝫ periclis. ꝓpius ſtabulis armenta tene
rē. ¶ Pone idē eſt qꝺ poſt. vt pone tribunal ſtat ꝑcuſſor. Et qn̄qꝫ ponit ſine
caſu aduerbialiter. Sic leo delet pone veſtigia cauda. Pone qn̄qꝫ eſt ꝟbū im
peratiui modi a pono. Raro in ſoluta orōne vtēdū eſt iſta dcōne q̄uis inue
niat in carmine. ⁊ frequētius ꝯſtruit cū ꝟbo motus ⁊ ẜt van achter. Super
ꝑpō etiā regit accm̄ Et differt ſuper a ſupra. Nā ſuper dicit cōtactum ſiue cō
tiguitatem. vt auis ſedet ſuper tectum. ambulo ſuper terram. Supra vero
nō ōt ꝯtactū vt nubes pendēt ſupra nos. aues volant ſup̄ terrā. Eandē drām
ħnt ſua relatiua. ſubter ⁊ infra. Nā ſubter notat cōtactū ⁊ eſt relatiū ad ſup.
vt ſubter te iacet puluin⁹. Subter te ſternetur tinea. Infra nō notat ꝯtactū.
⁊ eſt relatiuū ad ſupra. vt infra lectū infra ſpondā. Itē ſup qn̄qꝫ cognotat tē
pus. Uirg. Nocte ſup media. ⁊ ſic iūgit ablō. Qn̄qꝫ iungitur nūero vt cecide
rūt in hoc bello ſup̄ duo hoiꝫ millia. i. plures q̄ꝫ duo milia. Ponit etiā ſupra
aduerbialiter. vt diligo te ſup̄ q̄ꝫ cuiqꝫ eſt credibile. i. plus. ¶ Per prepō qn̄qꝫ
notat locū ſiue per locū. vt per parietē. Qn̄qꝫ notat adiurationē atqꝫ obteſta
tionē. ſeer bidden ⁊ ſic pōt ſepari a ſuo accō interiecto ntō. vt ꝑ ego te deū ro
go ⁊ noſtrā amicitiā. vt in ea me re adiuues. Apud virg. Per ego has lachry
mas dexterāqꝫ tuam. Qn̄qꝫ ꝑſonā ẜt cū excluſione aliarū. vt per me feci. ꝑ te
feciſti. Qn̄qꝫ tempus vt ꝑ dies ⁊ noctes. Sepi⁹ tn̄ illam prepōem per ſolent ſb
audire qn̄ ẜt tēpus vt ſtertit noctes ⁊ dies. i. per dies. Itē ſolet hec prepō per
in cōpōne ſigr̄e valde. ⁊ ſic iūgitur poſitiuo. vt ꝑgratū ꝑiucūdū Ita pre ꝑpō
ſic ſe hꝫ q̄ etiā poſitiuo iūgitur ⁊ valde ẜt vt prepotēs ꝓdiues ꝓcelſus ꝓclarus
predulcis prefulgēs ꝓdurus ꝓcult⁹ prelongus. ⁊ vehementius ꝑpō ꝓ q̄ꝫ per au
get. Nā prelonga orō ōr. ea que enormis longitudinis eſt. Sic prepotēs precel
ſus ōr. i. maiorē in modū potens celſuſqꝫ ⁊ q̄ſi preter modū morēve aliorū po
tens ⁊ celſus. Et ſolet ꝑ acceptū ꝓ valde iūgi oi caſui. vt permulti permultorū
permultis. vt petrus eſt prediuitis ac ꝓpotētis hois filius In hac em̄ ſigtione
cū ꝟbis componitur pro valde. vt percupit peruelit. i. valde cupit. Quādoqꝫ
prepō per in cōpōne in malū accipit. vt periur⁹. meyneydich. Periurus per-
fiduſqꝫ q̄ iuſiurādū fidemqꝫ violat. Perfuga q̄ ad hoſtes tranſit. Perditus
qui in omne ſcelus eſt tradit⁹ Peruerſus q̄ ꝟſat in malo ⁊ a bono verſus eſt
Qn̄qꝫ per in ꝯpōne notat perfectionē rei. ⁊ in finē eius vſqꝫ ꝯtinuationē. vt ꝑ
legere eſt ad finem vſqꝫ legere Lactantius Peto ſi q̄s erit q̄ inciderit in ħ ſi le

git perlegat Scribere ad finem aliquã rem vſqꝫ ſcribẽ. Apud Titũ Liuiũ. Ut
facturus ne ope p̄reciũ ſi res geſtas populo romano ab inicio perſcripſerim.
Perferre eſt ad cõſtitutũ vſqꝫ finẽ ferre. Sic multi ferũt litteras. ſed eas vl' ne
gligentia vel dolo vel caſu non perferũt. Unde Cicero. Nuncius ille qui litte-
ras acceperat nõ pertulit. Seneca. Leue eſt misereas ferre pferre graue ẽ. i. ad
ſpaciũ temporis eẽ in miſerijs leue eſt ad finẽ vero vſqꝫ vite graue Peruigila
re ad finẽ noctis vigilare. vt apud Martialẽ: Nã vigilare leue eſt. peruigilare
graue. h̄ ẽ ptẽ noctis vigilare leue eſt. vſqꝫ vero ad finẽ ⁊ totã nocte in ſomnẽ
ducere graue eſt Peragere eſt accuſatorẽ ad finẽ vſqꝫ agere quo reus cõdẽne
tur. Perorare eſt ad finẽ orõnis orare. vñ peroratio finis orõis dr. Perorare
eſt etiam orãdo inducere in aliquẽ affectũ vt indignationẽ ⁊ miſericordiam
Perſuadere eſt perſuadẽdo inducere ſic multi ſuadent qui nõ perſuadent. ⁊
ideo dr. Sic mihi pſuadeo perſuaſum habeo. pſuaſum eſt mihi. Permanere
in finẽ vſqꝫ manere. Uñ Plini⁹ Nec tamen permaneãt. ſed ante finem rece-
dũt. Sciendũ prepõ qñqꝫ ẽt iuxta. vt apud Sulpiciũ Marcũ marcellum pu-
gione percuſſum eſſe ⁊ duo vulnera accepiſſe. Unũ in ſtomacho. alterũ ſcõm
aurẽ. i. iuxta aurẽ. Qñqꝫ ſcõm eſt idẽ quod poſt ⁊ quaſi ſecundo loco. vt apõ
Ciceronẽ Proxime autẽ eſt ſecũdũ deos hoies hoibus maxime vtiles eſſe poſ
ſunt. hoc eſt poſt deos. Qñqꝫ ſecundũ eſt idem quod pro. vt ſecũdũ me litem
do. ſecũdum te iucundum da. ſecũdum ſe iudicium dat. i. pro me te ſe. Qñqꝫ
accipitur pro in. vt ſecundum quietem habui ſomnia. Utimur etiam ea pre
poſitione ẽm in alleuando. vt ẽm platonem non nobis ſolis nati ſumus.
℄ Trans prepoſitio differt a prepõne vltra Nã trans conſtruitur cum ver-
bis quietis. vt ioannes habitat trans rhenum. Occiſus eſt trans tyberim. Sꝫ
vltra conſtruitur cum verbo motus ad locum vt fugit vltra rhenum. Trãs
in ɔpoſitis ns ſeruabit vbiqꝫ. Excipe traijcio traduco tradoqꝫ trano. ſouer-
ſvvemmen. ℄ Preter compoſitio qñqꝫ facit exceptionem a toto in quãtitate
hoc eſt a noie cõmuni cum ſigno vniuerſali. vt omne animal preter hominẽ
eſt irrationale. Quandoqꝫ preter eſt idem quod extra. vt Pollicitus es Ne p̄
ter mea regna redires. Quandoqꝫ accipitur pro et vt mittam aurum preter
argentum. i. aurum ⁊ argentũ. Et ab aliquibus tunc dr accepta aſſociatiue.
Qñqꝫ accipitur diminutiue. vt duo preter tria ſunt quinqꝫ. i. duo dempt̄ꝭ tri-
bus. Qñqꝫ pro ſine vt preter officiũ id eſt ſine officio ℄ Uſqꝫ prepoſitio poſt
ponitur ſuo caſuali. vt occidentem vſqꝫ vt ſuperius dictum eſt de prepoſitio
ne verſus Et vſqꝫ quãdoqꝫ conſtruitur cũ accuſatiuo ſignificante tempus fu
turum ad quod ſcꝫ durabit actus vt diligam te deum meum vſqꝫ ad finem
vite mee. Quandoqꝫ ɔſtruitur cũ ablatiuo ſignificante tempus a quo incepit
actus. vt: vſqꝫ ab adoleſcentia mea te maximope ſemper dilexi. In priori mo
do iungitur verbo futuri temporis In hoc autem modo verbo preteriti tem
poris iungitur. Conſtruitur etiam cum ablatiuo quandoqꝫ quando conno-
tat locum. vt ego ab vſqꝫ conſtantinopoli te perſecutus ſum. Quandoqꝫ po-
nitur vſqꝫ ſine caſu aduerbialiter. Uirgilius Cantantes licet vſqꝫ minus via
ledet. eamus hoc eſt aſſidue vel cõtinenter. teutonice altoes. Qñqꝫ vſqꝫ iungi
tur his dictionibus eo adeo ⁊ ſiḡt idem quantum ita ſiue: in tantum. vt vſqꝫ
eo te diligo. vt nõ modo pecuniam verũ ⁊ vitam meam pro te exponerem.
℄ Secus quandoqꝫ eſt prepõ ⁊ conſtruitur cum accuſatiuo. vt p̄. ꝓmo Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 105

lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarū. In euangelio. Cecus ſe
debat ſecus viam. ⁊ ſic eſt idem quod iuxta. Quandoqꝫ ſecus ponitur ſine ca
ſu aduerbialiter ⁊ tunc eſt idem quod aliter vt ſecus accidit quam putarā.
hoc eſt aliter. Apud beatum ambroſium Non loquitur ſecus ac ſentiat. ſunt
enī res ſocie ꝟbis ⁊ ꝟba rebus. Virg. Haud ſecus ac iuſſi faciūt

illa ꝓpō .i. ſ̄cans .i. cū accō .i. aſſociata

Inqꝫ notans contra quarto ſolet eſſe locata.

℃ Hic dīt ꝙ ꝓpō in ſignās idē quod contra regit accuſatiuū. vt lex lata eſt i
adulterū ⁊ in deſertorem. h̄ eſt contra adulterū ⁊c̄. Sciendum ꝙ hec prepoſi
tio in multis alijs modis conſtruitur cū accō quibus non ſignificat contra.
vt pius in parentes. religioſus in deum id ē erga deum erga parentes. Item
Ambroſius in lucam. i. ſupra lucam. de quibus dicetur ibi. In ſubter vel tus
℃ Secūdo ſciendum ꝙ hec prepoſitio in in compoſitōne quādoqꝫ accipitur
ꝓuatiue quandoqꝫ intenſiue. Priuatiue vt iniuſtus ineptus imprudēs. id eſt
non eſt iuſtus ſed pōt fieri iuſtus. Quandoqꝫ accipitur negatiue vt celum eſt
incorruptibile i. non pōt corrumpi. Sic lapis eſt ſubſtantia inſenſibilis capiē
do actiue hoc eſt non pōt ſentire. Quandoqꝫ in accipitur intenſiue ꝓ pro val-
de vt imprimo. vn̄ oritur ſepe ꝙ eadem dictio cū in ꝯpoſita dieurſas h̄ꝫ acce
ptiones ſcꝫ priuatiue ⁊ intenſiue. vt inuocatus vno mō quē quis inuocauit. h̄
eſt a quo quis auxiliū petijt. In pſal. Ipſe inuocauit me ⁊ ego exaudiam euꝫ
Accipitur etiam priuatiue pro non vocatus vt tu venis inuocatus Ita inue
nitur inuiſus duplex habere ſignificatū. vno modo eſt non viſus. altero mō
eſt odio habitus Ita infractus vno mō idē ē quod non fractus ⁊ ſic dicūtur
aliqui magno infractoqꝫ aīo. altero mō eſt idem quod. valde fractus.

.i. accm̄ .i. gerūdijs ſp. grāmatici poſuerūt

Huncqꝫ gerundiuis caſū veteres poſuere.

.i. ſuppoſitū reddētē ſcꝫ modernoꝝ ꝯſuetudo

Vt ſupponente m. quod multorū tenet vſus.

℃ Hic ſolent dari due regule. Vna eſt. Omne gerundium pōt regere accuſa
tiuum a parte anteriori. vt ſuus infinitiuus. vt cū tempus elizabeth parien-
